

*Domine afferis, quam ut melius sis, tuus nuper piissimus Genitor ampliavit mirabiliter? His auditis Princeps ad instar sui Genitoris blanditer alloquens eos: Alter facere nequo, quia per iusjurandum Regi afferui omni modo talia adimplere; Dum Optimates illius voluntati obtemperare malleant, taliter proruperunt in verba: Dominus noster es: quod bonum & utile tuis comparat oculis, facit. At ille: Eamus, inquit, in locum, qui Veteri nuncupatur, & plus tutissimam civitatem, quam ista est, ibi construamus.*

## C A P. XX.

**C**umque cum suis Proceribus illuc, ut dimicimus, carpeter iter, locum, quem ipse circumspicerat, famulis suis praecipit hinc inde muris adificari. Et statim reversus Salernum, & electa manu cum valido exercitu Consiam pergit; & loci, qui erat tutissima sine muris, muros illic inventos disrupt, ut civitas omnino diruta esse videretur. Deinde Aggerentiam venit, eamque funditus diruit, & ad solum usque prostravit; & eam plus melius, quam ipsa vetustissima fuit, in locum alium adificavit. Nam non procil ab ipsa civitate mons ingens erat, in quo ascendens, eum vehementer lustravit; cumque oculis ipsius placuissest, ibidem construere Civitatem dixit, quam mox inchoaverunt. Atque ipse Princeps ibidem, & per Apuliam fines est demoratus, donec ipsa civitas ad culmen usque perducitur. Deinde Calabriæ fines perambulavit, cui dona, simulque & magna exenia sunt oblata.

## C A P. XXI.

**H**is itaque gestis callem nimirum, quem reliquerat, repedavit; cumque venislet Salernum, dum portam ipsum cum suis ingredieretur; ipse Princeps alta trahens suspiria tamdem in vocem prorupit: Civitatem hanc præclaram quomodo inquirimus? Per quantum conicere valeo, illa, quæ cepta est, usque ad callem ipsius scopulis plena est, nec oreratum vehiculum, nec planum illuc ducere valens; & quod exinde peragam, nescio, utrum illam perficiam, an istam, in qua nunc degimus, diruam. Cui unus ex Langobardis ad hæc ita respondit: Quod das donum mihi, Domine mi, si sic faciam, ut ista civitas semper illæsa permaneat, & quod Regi spopondisti, adimplas? Ad hæc Princeps: Pete quod vis. At ille: Nihil aliud peto, nisi ut protinus des mibi (40) varium indumentum, quo olim vester Genitor in Paschali festivitate utebatur. Item Princeps: Difficilem postulasti rem: attamen si perficias, quod promisisti, ego te induam ipsum. Tunc nimirum ipse, ut erat consilio sagax, tale profus dedit responsum, & ait: *Ipsum murum ab Oriente, qui est situs juxta Faustini rizum, protinus diragamus; quia nempe machina, quam nos Patriam nuncupamus, ibidem valde videatur esse contraria, eo quod ipsa terra ultra Fau-*

(40) *Pellis albae ac pretiosæ genus. Vago dicitur Italis. Pluribus ex hinc coagamentatis vestes aut febant, aut subfuebantur.*

(41) *Contigit hoc edem anno, quo is e Gallis Beneventum regressus est. Poeta Saxonicus apud Du-Chefnum ad annum 788. refitis est, Gracchos in Calabria forti cum clavis contra Bencventanos processisse: quare*

, , Occurrera Duces Caroli, quibus illa tueri

A stini rivum eminet muro. Ex hac parte paululum murum ipsum construamus, & omnimodo jam ab hostibus ex hac parte metus nihil habemus. Ipsum alium murum, qui est ex Occidentis parte, ultra ipsum priorem statim murum adificemus, & est tutamentum contra marinos hostes: & tunc denique quod dudum Regi promisisti, omnimodo videtur esse completum. Tunc omnes, qui aderant, mirati sunt valde, quod tam salubre confilium citius potuisse reperiri; & protinus idem Princeps indumentum deferri jussit. Cumque illud detulissent ante suum obtutum quidam ejus famuli, illico ipse Princeps eum tulit, atque sicut promiserat, eum induit; nam quod ex ejus ore procedebat femel, nullatenus retrosum rediebat, præmia non captans, sermone immobili extans.

## C A P. XXII.

**C**umque fuissent patrata talia, ipsa, quæ inchoavit, operari desierunt; & de hac præclarissima civitate quod vir ille magnificus dixerat, omnimodo acimplete studuerunt; & Deo tuente illæsa usque nunc haësten manet. Ipse, ut diximus, Grimoald ad instar sui Genitoris undique murare istam Civitatem cepit, atque a parte Australi antemurale fecit. Fuit vir mira fortitudinis, consilio cautus, cor denique capax. Et quid multa referam? erat promptus ad omne bonum. Sufficiant de Grimoald pauca, quæ diximus; nam quidam illorum cognitus & per omnia probabilis Amicus, plenissimè acta, qua in hoc Mundo gesserat, veribus illustravit, quos nos huic Historiæ scribere curavimus.

*Magnus erat Princeps Arichis, lux, nostraque salus,*

*Restituenda Deo hic sua membra dedit.*

*Nec non hic Romoald, ipsius maxima proles,*

*Sub Patre jam Princeps, hic requiescit humo.*

*Vir quoque magnificus Grimoald, formosior illis*

*Urbs, situs est Princeps inter utroque loco.*

D *Sensus, & eloquis formam describere laudis.*  
*Hujus non posset plenius ulla manus.*

*Gloria magnifica de Lango maximè Bardis*

*Præcessa ex horum stirpe superflues erat.*

*Regalis genere existens ab utroque parente*

*Cras cedit, gelta \* sub dota genus.*

*In terris pollens nimium pulcherrimus annus*

*Spes jam Samnitis certa salutis erat.*

*Mirandus specie, sed plus mirabilis actis,*

*A puero micuit, promptus ad omne bonum.*

*O dolor immensus, prob ultime damna ruinae,*

*Quam gens Bardorum fraude sub altalit.*

*A Patre pro patria direllus Regius obses*

*Placavit patriam funus ad usque patris.*

*Cum (41) Danais bellum felici sorte peregit,*

*Finibus & pellit belliger ipse suis.*

*Extera Regna sibi terenda (42) pace subegit.*

*Dilectus cunctis terribilisque fuit.*

*Pertulit adversas Francorum (43) sepe phælangas;*

*Salvavit patriam sed Benevente tuam.*

*Sed*

*, , Cura fuit loca, præcipue Grimoaldus, in ipso*

*„Dux anno factus patre pro defuncto Aragiso &c.*

*„Cedit Achiva coloris, Danaum dant terga balanges*

*&c.*

*(42) Num terrena? ut sit pace, quae terrebatur,*

*quia is in pace armatus. An potius subegit,*

*idest coegerit, extera Regna sibi pacem tenere?*

*(43) Vide Erchempertum num. VI. supra Tom. II.*

*Collectionis hujus.*